



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

15. Dies Decemb. Non dedignetur, quod fecit Christus, facere Christianus.
S. Augustinus tract. 58. in Joan.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

1002 *Christiani Militis* Dcccmb.
aliquid intendis ad voluptatem, an sit jueundum
difficultatem, an sit molestum, ad utilitatem, an sit
probosum, ad commoditatem, an sit acceprum,
non attendas, displiceat, an placeat, pungat, an uigat
efferat, an deprimat: sed unum tibi hoc semper pro-
pone, & à te inquire, an quod agis, vel omittis, in
Deo honorificum, & gloriosum. Infirmus, va-
letudinis recuperanda studiosus, non rejicit potionem
quia amara est, non sumit frigidam, quia delectat, sed
solùm attendit, an valetudini cōducat. Peregrinus
dum interrogat, ne aberret, semitam, sive dirigatur
ad dexteram, sive ad sinistram, sive ad Orientem,
sive ad Occidentem, sive ad alcensum montis, sive ad
descensum vallis, perinde est illi, dummodò illa di-
ducat ad viæ metam: sic te geras in hac vita, ut pere-
grinus in via. Oportet rebus sublunariis uti, non
frui: & sic uti, prout conferunt Divinæ Glorie. Hic
enīp̄ omnia, sunt media ad finem: non habent usum
propter se. Nihil sumas, quod ad suum finem non
dirigas, licet pretiosum sit, quia inutile erit, nihil re-
linquas, quod ad illum faciat, licet acerbum sit, qui
perniciosum erit. In Omnibus semper aspice Na-
men, & ex ejus aspectu accipies lumen in mente, ve-
nus in corde. Quia

Numinis aspectus, penetrat cum vulnero peccati.

15. DIES DECEMB.

Non dedignetur, quod fecit Christus, facere Chri-
stianus. S. Augustinus tract. 58. in Joan.

Decemb.

Christiani I.
est imitati
Christum.

Tessera.

100

A Christo mutuatus es nomen, ô Christiane ! Talem te esse prodas magis opere, quàm nomine. Audi Christiane, & expende verba Salviani; & indignum te censibus nomine Christiani: (a) *Magna, videlicet, nobis prærogativa de nomine Christianitatis blandiri possumus; qui naagimus, ac vivimus; ut hoc ipsum, quod Christianus populus esse dicimur, opprobum Christi esse videatur.* Nónne multorum Christianorum vita, non tam, ut Job loquitur, est militia, quàm malitia? Nónne illorum vita, non tam est benè agendi exemplum, quàm peccandi documentum ? Tam illis invisa est Paupertas; ac si Christus, ut eam fugeremus, jussisset præcepto. Humilitas, illis non est nota, nec de facie; iudicet, & ignota denomine : tam illis est exosa, quàm ipsum odium. Mansuetudo, illis est monstrum, & prodigum; ideo, & inter illos est ludibrium. Talibus illudit, qui paulò antè Salvianus: (b) *Vt ies Christianitas nostra; qui ad hoc tantummodo Sacramentum salutis accipimus, ut majori postea prævaricationis sciere peccamus? Nos Ecclesias Dei iudicera anteponimus; nos Altaria spernimus, & theatra honoramus: omnia denique amamus, omnia colimus; solus nobis in comparatione omnium Deus vilis est.* Dicta Principis astimantur, ut pronuntiata: decreta à Rege, habentur pro lege: Cæsar's diplomata, sunt quasi Numinis oracula. Si tanti facimus hominis, non raro sacrilegi dicta; cur non astimamus Dei hominis facta?

II. Quid

(a) *Degub. l.3.* (b) *Supra l.4.*

II. Quid causæ est; ut si quispiam Christianus futura credit, futura non timeat? Quid causa est, si credit, quæ dixit Christus; non timeat, quæ natura Christus? credis minanti Christo, se impiorum projectorum in tenebras exteriores? cur, cùm filius tenebrarum, non metuis te illic projiciendum? Si non credis verbis, quæ dixit Christus, non credi præmiis, quæ promisit Christus? neque enim se probat promissionibus Christi credere; qui non sicut gît, ut possit ad promissa à Deo præmia pervenire, mitari Christum; non tantum decet, quia est dignitas; sed oportet, quia est necessitas. Si Christum imitari, est gloria; non erit arduum, ferre contemptus hominum, & opprobria. Non est contemptus, ubi dignitas est contemni. Satiùs est, propter Christum semel contemni; quam omnibus hominibus semper præponi. Pudeat nos, Ethnicos plura fecisse, & graviora tulisse pro umbratili; quam nos pro calisti gloria. Fuerunt olim Barbari, sui Regis tam amantes, ut quod est potius amentis; si Regi deessent oculi, ipsi suos eruerent oculos; si deessent manus, sibi ipsi abscinderent: tum demum se rati esse amantes sui Principis, si eum imitarentur vel in vizio corporis. Christus, ut hoc modo eum imiteris, non jubet, imo probet. Si Christus dumtaxat, quid faciendum esset, dixisset, nec tamen quidquam illorum fecisset: tamen hoc exequi, non esset obsequium, sed debitum: quanto magis, cùm nihil suaderit faciendum, quod ipse prius non fecerit? Si aliquis è cœlo delapsus Propheta simpliciter asseruerit amplectendam paupertatem, non haberet, quo se purgaret, qui eam non amplecteretur. Quanto magis

Decemb

Tessera.

1005

cum ipsa Dei sapientia, quæ ore Prophetarum locuta est, & in se perfecerit, decet nos facere?

III. An putamus otiosa fuisse Christi verba, cum aperiens os suum in monte, dixit: (a) *Beatis pauperes spiritu.* Si judicas illa verba prodiisse ex ore Veritatis; cur credis beatos esse divites? Si ais, te non credere: ajo tenon sapere, qui præponis opes egestati, quasi non crederes veritati. Dixit eadem Veritas: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam:* tu persecutionem non prosequeris amore, sed persequeris odio: atque ita tuum præfers Christi judicio. Si non esse opus pati: fuisse nobis otiosa vita Christi patientis. Annè vanè, & sine fructu voluisset Deus affligi Filium suum Unigenitum sibi tam dilectum, si nihil referret facere, quæ ipse fecit: nec opus esset nos conformes esse Imagini Filii sui? Non est Deus impius, ut sine causa gauderet tam atrociter sævire in Filium, in quo sibi semper bene complacuit: nisi nos ejus exemplo pati, sibi esset placitum. Efferæ feræ, & sanguinariæ belluæ sunt erga fortus pientissimæ: & quæ alios dilacerant unguibus, illos mulcent amplexibus. Quomodo Deus, qui habet viscera Misericordiæ, erit in Filium tam immisericors, ut velit eum tanta pati sine fructu patientis, aut necessitate nobis patiendi? Scelera nostra, licet maxima, & plurima, non requirebant tanta, quæ passus est tormenta, ut expiatentur; plus quam satis erat una guttula, non dico Cruoris, sed sudoris: requisivit ergo illam cruciatum atrocitatem, vitæque austeritatem, necessitas nostra imitandi Christum; & patiendi, quæ est regia via cœli. Aut Deus lævus est, & dirus: aut summè

neces-

(a) *Matth. 5.*

1006 Christiani Militis Decemb.
necessarium est nobis, humiliis, afflictos & inopes-
se. Christum imitari, non est aliud, quam quod ipse
estimavit, illa estimanda existimare: & quae despici-
despicere. Unde eximiē eximius Doct. Aug. (a) Sola
adversus omnes errores via munitissima Christus, ut
ipse sit Deus, & homo: quo itur Deus, quā uerba
Si uis salvāri, Christum studeas imitari.

16. DIĒS DĒCĒMB.

In quo non est peccatum, ipse venit auferre pecc-
atum. *S. August. tract. 4. in epist. Joan.*

Christus, I.
peccati
maximus
osor.

Vel suspicari in Christo ubi
peccati, sacrilegii et
peccatum. Quomodo pos-
tuisset peccatum auferre, in
quo prius fuisset auferendum? Verè igitur D. Petrus
Qui peccatum non fecit. Qui potuisset committere
peccatum, qui ardebat immenso odio peccati? Scie-
bat obstrui viam ad cœlum solo peccato: ut igitur
periret viam ad vitam, debuit abolere culpam. Et
cū tantus sit osor peccati, nullam unquam relin-
quit impunitum. Quia ut solerter D. Augustinus
(b) *Deus nec justo, nec peccatori parcit, illum flag-
lando, ut filium; illum puniendo, ut impium.* Imo, adeo
invisum est Deo peccatum, ut ne quidem possit eis
alteri auctor, ut peccet: quod tamen non potest
committere, ad bonum aliquod inde eliciendum, lo-
lum potest permittere. Hinc iterum D. Augustinus:
(c) *Homo, & peccator, duo nomina sunt: in ipsis quart,*

quid fecerit Deus: quare quid suaserit diabolus. Homo,
à Deo

(a) *De civit. l. 11. c. 2.* (b) *Contra Faust. l. 2. c. 12.*
(c) *l. 50. Hom. 6.*